

XXXVII OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2018/2019 - III ETAP**Przetłumacz na język polski poniższy tekst autorstwa Marka Tulliusza Cyncerona**

Magiczny pierścień Gygesa

Ex omni deliberatione de honesto celandi et occultandi spes opinioque removenda est. Satis enim nobis persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Hinc ille Gyges inducitur a Platone, qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, descendit in illum hiatus aeneumque equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cuius in lateribus fores essent. Quibus apertis corpus hominis mortui vidit magnitudine invisitata anulumque aureum in digito. Quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor), tum in concilium se pastorum recepit. Ibi cum palam eius anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat; idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat. Itaque hac opportunitate anuli usus reginae stuprum intulit eaque adiutrice regem dominum interemit. Sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum anulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim a bonis viris, non occulta quaeruntur.

(cf. Cic. De officiis, 3,38)

Objaśnienia:

Gyges, is – Gyges, król Lidii (VII w. p.n.e.)

Plato, onis – Platon

pala, ae – tu: oczko pierścienia

Lydia, ae - Lidia, starożytne państwo w Azji Mniejszej